



**Historia De Vita, Moribus, Rebus Gestis, Studiis Ac  
Denique morte Praedicatorum Lutheranorum, Doct.  
Martini Lutheri, Philippi Melancthonis, Matthiae Flacii  
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima  
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melancthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et  
Andreae Osiandri

**Ulenberg, Kaspar**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

III. Bucerus Pontano Electoris Sax. Cancellario fraudulenter se insinuat,  
scripto sententiam suam offerens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

De Zvvinglianis verò gloriari quosdam, quod ad bellum instructi sint rebus necessarijs, & parati. Rogare se principem, ne nimium festinet quærendis humanis auxilijs, quæ frequenter etiã in bonis causis frustrantur; & vt hanc responsionem clementer accipiat.

ANNO 1530.

Hæc acta sunt Augustæ, priusquam oblata Cæsari fuit Lutheranorum confessio; nec aliud spectauit in hac actione Landgravius, quam vt ad eã vnã cum Lutheranis subscribendam Zvvingliani admitterentur. Quod cum frustra machinatus esset, Bucerus, qui primarius erat huius fabulæ choragus, negotium hoc alia sibi via rursus tentandum iudicauit. Igitur mense Julio, cum Protestantium confessio iam esset in confessu principum recitata, insinuauit se in colloquium cū Gregorio Pontano, Saxonis Electoris Cancellario, ei que persuadere conatus est, Heluetios in cōtrouersia de Cœna Domini, verbis à Luthero dissidere tantum; re ipsa non dissentire. Itaque si vtri que veniant in colloquium, facile futurum dicebat, vt sublata verborum discrepantia, in eandem sententiã conuenirent: Erat Bucerus insigniter versipellis, atque huc ibat, vt Luthero absente Melanchthonem, Brentium, & reliquos Lutheranos circumuentos, instituto syncretismo, fraudulenter in societatem Zvvinglianorum inuolueret. Pontanus verò monuit Bucera, vt quæ priuatim huius generis dixe-

III.

Buceri machinæ Simonianæ.

*Selnec. vbi supr. Chytr. hist. Aug.*

Insinuat se apud Pontanum.

Eius intentio.

Scripto comprehendit suã sententiã.



ANNO  
1530.

Ad Christi  
tribunal  
prouocat.

Colloquiū  
Melanchr.  
petit.

IV.  
Brentius  
cum Sacra-  
mentariis  
agit.

Brentius  
Vbiquita-  
rius.

dixerat, ea scripto complecteretur: Quod ille fecit, datis ad Pontanum 22. Iulij litteris, in quibus hoc vnum agit longo verborum circuitu, vt Lutherum & Zvinglium reipsa conuenire, diuersis tantum vti verborū formulis persuadeat. In fine prouocat ad Christi iudicium, seque nihil dissimulare asserit, sed arcanum mentis sensum fateri; nec vnquam ab exordio huius certaminis aliter sensisse. Semper optasse, vt cum Melanchthone, alijsque viris doctis in vera simplicitate (sic loquitur) vt æquum sit in rebus diuinis fieri, de causa hac conferre liceret: Quamquam id hæctenus non potuerit impetrare. Rogat Pontanum, vt ipsius interuentu cum Melanchthone in colloquium venire concedatur.

Hoc Buceri scriptum Pontanus Melanchthoni, Brentio, cæterisque legendum dedit & examinandum. Hi verò ne concordiam minus auidi viderentur, quam Zvingliani, re deliberata Brentio mandarunt, vt solus cum Sacramentarijs colloqueretur, idque sine causæ præiudicio, non alium in finem, quam vt ad socios omnia referret, quæ proponerentur. Venit ille, & varios cum Capitone atque Bucero sermones habuit: verum sine fructu; quod Brentius Vbiquitatis dogmæ Lutheri scriptis polemicis haustum, Eucharistico negotio permisceret. Zvingliani verò Melanchthonem imprimis ad colloquium inuitabant, futurum